



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

**Parisiis, 1644**

XXXVI. Epistola Episcoporvm Mesopotamiæ, Ad Leonem Imperatorem.  
Religiosissimo atque piissimo & Christianissimo Augusto, & a Deo  
coronato & honorato imperatori Leoni, Maras, Maronius, Noe, Eusebius, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14887**

Ale-  
quita-  
diciatis  
x quo  
eccl.  
habui-  
preces  
obtule-  
ortho-  
eri. Ti-  
ratum-  
minim  
tute Dei  
angine  
ti addi-  
ibidem  
ta fel-  
anibus  
rem: fi-  
os habe-  
os domi-  
ffragio  
one cele-  
st. Timo-  
ni dogm-  
ea colle-  
oncium  
libuerit  
os vel d-  
ubibus e-  
zna vr-  
inare  
prater  
lissimi  
cmatis  
am pie-  
& Rot-  
iftinu-

LEO<sup>o</sup> CALCHEDONENSE. P.I. VALENTIN. MARCIANVS IMP. 307  
ANNO CHRISTI 450. Abrahamius episcopus Circisii, similiter.  
Basilius episcopus Baliensis, similiter.  
Ioannes episcopus Carenfis, similiter.

XXXVI.

EPISTOLA

EPISCOPORVM MESOPOTAMIÆ,

AD LEONEM IMPERATOREM.

*Religiosissimo atque piissimo & Christianissimo Augusto, & a  
Deo coronato & honorato imperatori Leoni, Maras, Maro-  
nius, Noe, Eusebius, Reticius, Valarac, Maras, Abra-  
marius, episcopi vestræ Mesopotamiæ regionis.*

**O**MNIVM Christus atque saluator, qui humanum genitum tamquam facturam propriam miseratus, ab impietatis profunditate & ignoratione peccati ad celum studiū scientiæ pietatis euexit, & lumen quidem ecclesiam suam, id est, corpus fidelium nominauit; inuictam vero eam etiam inferni portis esse constituit, & operationibus Matth. 16. eam tamquam Deus vnde roborauit; non solum per pescatores discipulos suos, magnum mysterium veritatis annuntiantes, non iam humanæ prudentiæ verbis, sed cælesti sapientia & ignea sancti Spiritus lingua fundauit & auxit, sed etiam per pios postea principes, & collaborantes pescatoribus, ad prædicationem pietatis euexit. Quorum pii imperii successorem, & fidei salutaris heredem etiam nunc suis donauit ecclesiis, & omnibus quæ sub caelo sunt, rebus, tranquillissimam Christianitatis vestræ potentiam, ad confirmationem ecclesiasticæ pacis, salvantis vos spe simul & fide, & constantiam totius orbis terrarum, & pelagi rationalis fidelium populorum. Igitur a Deo propter infertam vobis fidem hanc & pietatem regalia scepta suscipientes, Christianissime principum, mansuetudine atque clementia largitorem remuneratis imperii, quando pro humana salute & ecclesiistarum pace cum sacerdotibus Christi curam congruam ante alias cogitationes, & beneficia tamquam pii principis exhibitis: & ut fideles Christi sacerdotes regalibus vestris & piis literis honoratis, eosque ad hanc utilitatem participes vos habere non piguit. Huic ergo consilio obedientes, voluntati ac prouidentiæ vestræ potentiae altam pacem & lon-

*Concil. Tom. 9.*

Qq ij

ḡuam optantes vitam , congregati in vestra Mesopota-  
 mia , ex his quæ apud vos pio proposito gesta sunt , no-  
 stram sententiam declaramus . Sanciuit itaque Christiani-  
 tatis vestræ potestas , vt relegentes oblatas vobis aduersus  
 Timotheum preces , syllabis pietatis vestræ subiectis , indi-  
 caremus vestræ tranquillitati , quam de eo sententiam ha-  
 bere possumus , cum Dei videlicet hoc timore facientes .  
 Quas preces non sine dolore , non sine lacrymis relegētes ,  
 & icelus non modicum & narrationem auribus terribilem  
 in eis inuenientes , nihil aliud præter hoc dicimus , Chri-  
 stianissime principum , \* qui sufficit omni auditui & menti <sup>f. quid</sup>  
 fidelium , in his quæ nefande a Timotheo gesta sunt , cum  
 hæc vera probentur , iustum contra eum habere vos indi-  
 gnationem , & pias leges vestras erigere , & vt sacerdotes  
 Christi lugeant eum qui talium rerum cooperator effe-  
 tus est , & hoc in schemate sacerdotis , cum vtique neque  
 possit esse , neque laicorum vti communione fidelium ,  
 non quia sacerdotis & hominum sibi debeat nomen im-  
 ponere . Igitur de rebus tristitia plenis & fletibus , hæc a no-  
 stra humilitate ad notitiam pietatis vestræ perducta sunt ,  
 cum possitis per sapientiam vobis a Deo celebratam ,  
 quando in manibus eius vestra corda seruantur , & cogita-  
 re decenter ecclesias Christi ab huiusmodi scelere libera-  
 re . De spe autem & fide quæ in nobis est , in qua nutriti su-  
 mus , & in qua ex hac vita oramus abire , confessionem  
 quam habuimus & habemus , mansuetissime principum ,  
 sequentes principaliter , & velut super firmissimum funda-  
 mentum nostra verba & vitam super euangelicam & apo-  
 stolicam prædicationem Trinitatis ædificantes , deinde &  
 expositam a sanctis patribus qui in Nicæa collecti sunt ,  
 sequimur fidem : reuerenter autem , & velut tutamen no-  
 stræ vitæ , etiam sanctum Concilium quod Calchedone  
 celebratum est , obtinemus atque seruamus , quod nihil  
 in symbolo fidei exposito Nicæa a sanctis trecentis decem  
 & octo patribus est adiectum . Sancta siquidem Calchedo-  
 nensis Synodus impietatem hereticorum singulorum  
 temporum abdicavit , & prædicationem Trinitatis confir-  
 mare secundum diuinæ scripturas , & piissimorum patrum  
 expositiones atque traditiones per omnia festinavit . Hæc  
 & de fide & de spe quæ in nobis pro satisfactione est , et-

Locus men-  
dosus.

Proverb. 21.

iam cum timore Dei manifesta vestrae facimus potestati,  
hæc tamquam solita saluare defendimus, hæc cum sacerdo-  
tibus Christi pietas vestra tenens atq; confirmans, in pace  
imperii retinacula gubernabit, ecclesiam Christi immo-  
biliter conseruando, regni cælorum arrhas firmissimas  
possidebit, & nos sacerdotes & populum fidelem cum  
studio magno clamare faciet ad Dominum Christum:  
Saluum fac Domine regem tuum, & exalta cornu eius Psal. 19.  
imperii, quod est & erit gloria tuorum Domine sacerdo-  
tum, simul & ecclesiarum tuarum.

Maras episcopus vestrae Mesopotamiae, incolumem vestram pie-  
tatem multis annorum curriculis conseruari ecclesiis Dei & Ro-  
mano pariter optamus imperio, religiosissime & Christo amabilis  
imperator.

Zoras episcopus, similiter.

Maronius episcopus, similiter.

Noe episcopus, similiter.

Eusebius episcopus similiter.

Reticius episcopus similiter.

Valaras episcopus similiter.

Maras episcopus similiter.

Abrahamius episcopus similiter.

### XXXVII.

## EPISTOLA EPISCOPORVM PHOENICIAE

MARITIMÆ AD LEONEM IMPERATOREM.

Domino amantissimo & Christianissimo, & a Deo decenter hono-  
rato imperatori Leoni, Dorotheus, Eustathius, Megas, Theo-  
dorus, Rufinus, Caesius, Paulus, Heraditus, Antiochus,  
Nonnus, Magnus, Thomas, episcopi oræ maritimæ Phœnicie,  
in Domino salutem.

**G**LORIFICAT quidem omne genus humanum Domi-  
num Christum, quoniam scriptis vestrae pietatis lœta-  
ri promeruit: plus autem collaudat Deum chorus sacer-  
dotum, quoniam vestris bonis in communi participatur,  
& quia rursus ratione præcipua honorem vobisipſis debi-  
tum promeretur. Decebat enim eum qui culmen imperii  
diuina largitate sortitus est, Dei sanctas ecclesias venera-  
ri. Optime namque confiditis, quoniam his bene dispositis,  
omnis manus hostium vertitur in timorem: & qui  
pridem imprudenter resistere didicerant, propter vestrae

Qq iij